Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30707
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



omis heant · se de sua hereditate et aliis bonis suis
totaliter intromittant · exceptis bonis totalitiis suis que
dna pro se tm̄ modo reseruabit. Si uero pueri annos discretionis
nondum heant · consules Ciuitatis ipsos pueros et omnia bo-
na eorum assignent alicui amicorum suorum ydoneo et fideli
qui bonis presit et pueris prouideat pulchro modo. Item uo-
lumus ut undecumque venerint ad uena si moriens de rebus
suis aliquid ordinauerit rata eius maneat ordinatio
Hospes eius in ciuis domo moritur statim summa bono-
rum suorum coram iudicio et Ciuibus manifestet et si quid
fraudulenter subtrauerit de bonis illis tamquam fur repu-
tetur. Si uero moriens nichil ordinauerit · Consules bona de-
functi custodiant annum et diem · Infra quod quidem spaci-
um · si aliquis venerit qui se heredem uel socium aut
creditorem legittime ostenderit · eidem absque contra
dictione assignetur bona defuncti · que ipsum contingunt.
Si autem nemo venerit medietas bonorum suorum in usus
Ciuitatis et alia medietas pro sua anima impendatur
Si autem defunctus res modicas heat tunc omnia pro sua
anima erogentur · et ubicumque aduena uelit sepeliri eli-
gendi heant liberam facultatem. Item statuimus ne ad-
uena aliquod testimonium possit ferre super Ciuem · nec Ci-
uis super aduenam cum hiis qui dicuntur Leichouffer quin
heat cum illis alios testes ydoneos et honestos ·
Volumus etiam ut si aduena Ciui uel Ciuis aduene
aliquid vendat · et alter hoc pro bono accipiat · Iudex inde nichil
iudicet · quin alter eorum ei faciat querimoniam. Item nul-
li hominum de Sweuia uel de Ratispona · aut Patauia ·